

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia  
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

**Meier, Gebhard Theodor**

**Helmstadii, 1696**

§. XXVIII.

**urn:nbn:de:bsz:31-105465**

cit ibi, προέγνω, præscivit, (sc. quod in fide permansuri sint) hos omnes etiam prædestinavit, ut sint similes imaginæ Filii sui, seu ut patet ex collatione v. 17. 18. 28. 35. 36, ut eodem modo atque Christus intempore hoc calamitates patiantur, ut ita Christus etiam hac ratione primogenitus sit inter suos fratres, quod scilicet calamitates omnium maximas, perpeßus est. Hinc apparet, neminem adulatorum posse Christum Fratrem habere, nisi ipsi similis fiat in ferendis afflictionibus, talesque Christianos ἀπαθείς (si hujusmodi fideles sibi quis velit fingere) non esse a Deo vocatos aut justificatos ex v. 30. nec prævisos quod in fide permansuri sint, quippe quæ tantum illis in capite hoc VIII. ad Romanos attribuuntur, qui Christo hic similes fiunt in afflictionibus. Conferatur iterum v. 17. & 18. imo tota pars posterior Capitis hujus nucleum fere totius Evangelii continentis.

XXVIII. Opposuit hanc etiam thesin Chiliastis Venerabilis Dnus Præceptor in edito Programmate, eamque firmavit ex Act. XIV. 22. *Per multas afflictiones intrare nos oportet in regnum Dei*, atque illa probatio tantum valuit, ut ipse D. Animadvertens §. 33. non aliam viam nobis ad regnum Dei præter viam crucis esse ordinatam, concedere coactus fuerit. Interim ita se expedire laborat, ut dicat, aliud esse viam ad regnum, aliud ipsum regnum; in ipso enim regno posse fideles ab omni afflictione immunes esse, ita ut via tamen ad regnum non detur nisi calamitatum vepribus undique obstructa. Possent quidem hæc sufficere responsio, si regnum quod nobis obtrudunt Chiliastæ tale esset, ut non amplius in illo nascerentur homines fideles. At cum regnum illud chiliasticum habiturum sit etiam Ecclesiam sæcundam, & frequenti prole in immem-

sum se multiplicaturam, ceu Chiliaftas ftatuere poftea  
 oftendetur, quæftio manebit de illis, qui in ipfo hoc  
 regno nafcuntur & adolefcunt annon illi fiant regni e-  
 tiam cœleftis participes? Annon in Chrifto pie fint,  
 victuri? Annon fratres & cohæredes Chrifto futuri  
 fint & aliquando a Deo gloriificandi? Affirmabunt Chi-  
 liaftæ. At quomodo hæc ipsis contingere poterunt,  
 nifi, ut allata Scripturæ dicta requirunt, Chrifto fimiles  
 etiam fiant in paffionibus; & ob fuam pietatem in  
 mundo afflictiones patiantur? Ex his igitur apertiffi-  
 mum eft, quam falſa ſint quæ D. Animadvertens ſ. 33.  
 pag. 43. init. pronunciat: *Falſa, inquit, etiam hypo-  
 theſis eſt, Eccleſiam Dei ſemper ſub militiâ & tribulatio-  
 nibus, in his terris eſſe futuram; Militans Eccleſia, dum  
 militans eſt, ſub cruce quidem eſt at quando Halcyonia  
 aget, & jubileæ ſunt, & Sabbata Sabbatorum, Ef. 46, 23.  
 deſtructis deſtractoribus terræ, & ligato ſatanâ, juſtiâ  
 & pace ſe invicem oſculantibus, aliam & letam faciem  
 è deſerto redux induet, & Eſavi & exactorum aliorum  
 imperio ad finem perducto, Jacobus regnabit. Quò de-  
 nim ad locum Ef. LXVI. 23. adductum attinet, ille,  
 præter vocem ſabbathi nihil habet, quod ad talem Ec-  
 cleſiæ à cruce immunitatem poſſit referri. At Sabbathæ  
 ſacra cum afflictione etiam poſſe conſiſtere, nemo ne-  
 gabit.*

XXIX. Aſſertio undecima: Præter Chriſtum  
 in toto genere humano, nemo peccatis non eſt  
 contaminatus, unde non minus abſurdum erit,  
 ſi ante ultimam mundi *πανολοθρίαν*, credatur ali-  
 quod tempus futurum, in quo homines ſine  
 peccatis naſcantur & vivant. Poſſet ſine demon-  
 ſtratione proponi theſis iſta, in orthodoxis Eccleſiis  
 nun-

nunquam  
 mox ap  
 ſuosque  
 tam trifti  
 puum eſt  
 ſolis & P  
 quem Sal  
 nati ſun  
 rum lan  
 rationi  
 ſtender  
 qui hu  
 Rom. V.  
 funder  
 XX  
 ſcilicet  
 victur  
 nes, &  
 ſimus  
 buntur  
 plicare,  
 nos dim  
 M. anno  
 petition  
 pi etian  
 numero  
 non amp  
 bus, ſicut  
 vel pro il  
 ſicim. M  
 chriſtica  
 cerum f  
 plattæ in